Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Augustinus - Cod. Aug. perg. 195

Priscianus

[Reichenau ?], [9. Jahrh.]

Inc.: Nulli dubium et non sunt corpus neque

urn:nbn:de:bsz:31-57754

Visual Library

[illegible] christus
[illegible] est in
[illegible] non est
[illegible] spiritalia
[illegible] quadranguit a sunt
[illegible] formati et dispersi
[illegible] attingunt ubique
[illegible] ... et in ... totus
[illegible] ubique tamen est paradisus..
[illegible] ibi est cum illo ibi est qui ubique est
[illegible] christus deus et homo. deus utique
[illegible] unius sumus. homo vero unde
[illegible] est.. id est quia filius dei unigenitus
[illegible] et filius hominis factus est unde
[illegible] utrumque in illo observamus
[illegible] loquimur et est de illo temporale
[illegible] quod et quod dicatur in utroque est..
[illegible] sicut unus homo est anima rationalis
[illegible] et caro sic unus christus est verbum
et homo.. Et proinde quod ad vitia attinet
creatori est christus. Quia et ipse factus
est; et quod homo christus factus est. creatus est
secundum quod dominus et caro et anima
hominem factus est.. Et quia in hoc
duo sunt anima et caro secundum animam
tristis fuit usque ad mortem secundum carnem
passus est mortem; nec tamen est filius dei christus
hominem dicimus crucifixum.. Et tamen eundem
christum filium hominis dominum confitemur deum
et hominem. Nam quia in terra erat non in caelo
ubi nunc est quando dicebat. Nemo ascen-
dit in caelum nisi qui de caelo descendit filius
hominis qui est in caelo.. quia secundum id quod
filius dei erat erat in caelo. secundum id quod filius
hominis erat adhuc erat in terra. nondum
ascenderat in caelum.. similiter et secundum quod
filius dei erat est dominus gloriae. secundum id vero
est filius hominis crucifixus est, ut ait
apostolus.. si enim cognovissent numquam dominum
gloriae crucifixissent.. Ac per hoc
et filius hominis [hole] quod deus erat in cae-
lo, et filius dei [hole] homo crucifigebatur
in terra.. ita [hole] potuit recte dici
dominus gloriae [hole] crucifixus cum ad
solam carnem [hole] illa passio pertineret.

ita ut recte dici potuerit hodie mecum eris
in paradiso.. Cum ipsa tamen humana
humilitate secundum carnem in sepulchro
secundum animam in inferno illo die futurus esset
iuxta divinam vero immobilitatem
numquam discesserat de paradiso quia ubique est semper ne
christus.. et nolite itaque dubitare ubi
nunc sit dominus homo ille christus unde venturus est.
Memoriterque recolite et fideliter
tenete christianam confessionem.. quoniam re-
surrexit a mortuis ascendit in
caelum et sedet ad dexteram patris.. nec
aliunde quam inde venturus est ad vivos
mortuosque iudicandos.. et sic venturus est
illa angelica voce testante quemadmodum
ire visus est in caelum.. id est in eadem forma
carnis atque substantia.. cui profecto
immortalitatem dedit, naturam non abstu-
lit; secundum hanc formam non est putandus ubi-
que diffusus.. Cavendum est enim ne ita divi-
nitatem adstruamus hominis ut veritatem
corporis auferamus.. non est autem consequens
ut quod in deo est ita sit ubique sicut deus.. nam et de nobis
veracissima scriptura dicit quod in illo vivimus
movemur et sumus; nec tamen sicut ille ubique
sumus.. sed aliter homo ille in deo quoniam aliter
et deus ille in homine proprio quodam et singulari modo
una enim persona deus et homo est. et utrumque est
unus ihesus christus.. ubique per id quod deus est. in caelo
autem per id quod homo.. et quaeque et in eo ipso quod deus ubique
diffusus. Carnali resistendum est cogi-
tationi.. et mens a corporis sensibus avocanda
ne quasi spatiorum magnitudine opine-
mur deum per cuncta diffundi.. Omnis
enim huiuscemodi magnitudo minor in sui
parte est quam in toto.. sicut potius sit
magna sapientia etiam in homine corpore
parvo.. ut si duo sint sapientes quorum sit
alter corpore grandior neuter sapi-
entior. non est illa in maiore maior in-
ne in minore aut minor in uno quam in
duobus. sed tanta in illo quanta in illo et
tanta in uno quanta quanta in utroque..
Nam si aequales sunt omnino sapientes